1546 = 281 Nr 121



192

193

# Scheda

Praeterea captos esse a Duce Vlodimiriensi seremissas quatuor postulamus a Mte Vestra, ut ei serio mandet, quoad Commissarios Nostros, qui erunt cum Legato Turcico eos remittat, ut libertati pristinae restituant.—

Queritur Serenma Domina Bona Regina Conjunx Nostra Charissima, prohiberi a Duce Vlodimiriensi homines suos, quominus in Lithuaniam proficisci et tutò in Nundinis versari possint. Quae cum res iniqua sit, et bonae vicinitati contraria, provideri velit Mtas Vestra, ut id deinceps ne fiat, quin liceat potius Serenmae Conjugis Nostrae hominibus ad mercatum quo velint proficisci, ac negotia sua licita exercere. qua in re Mtem Vestram, Serenmae Dominae Parenti suae gratificaturam non dubitamus, id enim semper ita in usu fuit, inter Dominia Nostra observatum, quod ultrò citroq, liberè mutuo Subditi Nostri commearent, ut sine aliquo impedimento hic et illic negotia sua exercerent.—

Et hoc insuper

Et hoc insuper volumus, faciat Mtas Vestra, ut ad Commissarios Nostros, qui cum Legato Turcico in Vinnicco, vel alio in loco finium, negotia damnorum tractabunt, aliquos de Suis mittat, qui una intersint, et cognoscant quæ, et a quibus damna sunt illata.

Cæterum hoc quoque Nobis, rem universam Cretwicz exposuit, unde cognoscere licuit Ducem Vlodimiriensem culpa non vacare nam et illos non statuit, quos ab eo Mtas Vestra statui mandavit. Qua facile, pro sua prudentia quod faciendum illi erit providebit.

Et hoc insuper